

suas cruentare non perhorrescant: Nos perversorum quorumcumque malitia obviandum esse, non indulgendum, probe intelligentes, ad istorum quoque franandam perversitatem, perpetuo eisdem statuimus, quod Clericus prime Tonsura nullum Beneficium Ecclesiasticum obtinens, tametsi conditiones Clericis huiusmodi à Concilio Tridentino prescriptas servaverit, ac servet, pro duobus tamen homicidijs animo deliberato, & premeditato per eum patris, Privilegio Fori, & Canonis, in odium tanti excessus, & ad aliorum terrorem, exuatur, & uti incorrigibilis omnino Seculari potestati subiciatur, ab ea tamquam Laicus legitimis poenis plectendus: Clericus quoque in Minoribus Ordinibus constitutus, nec pariter Beneficiatus, nec prescripta à Concilio Tridentino servans, tam celebs, quam conjugatus in causis homicidij dicto Privilegio Fori non gaudeat, eoque privatus remaneat, nec à proprio Episcopo, seu Ordinario repeti, minusque Habitum Clericalem, quem indignè abiecit, reassumere possit, nisi post totaliter expiatam admisi delicti poenam. Declaratio autem, an Reus ante patratum homicidium requisita à Concilio Tridentino servaverit, ad Episcopum, aliumve Loci Ordinarium omnino spectet, non retardata interim delinquentis asservatione facienda etiam per Iudicem Laicum nomine Ecclesie, qui illum pariter Ecclesie nomine ad illius dispositionem retinere possit, ac debeat, donec dicta declaratio prodierit, quacumque diversa, ac etiam contraria Iuris Canonici, & Apostolicarum Constitutionem dispositione, seu interpretatione, necnon consuetudine haud refragante. Porrò cum idem Benedictus Prædecessor animadvertens homicidia huiusmodi suo etiam tempore increbescere, nec minus quam alia facinora in celebri Constitutione dicti Gregorij XIV. etiam Prædecessoris que incipit. — Cum aliàs. — Recensita publice quieti officere, pro commissi sibi Apostolici Officij debito per prædic-

fangrentar sus manos con muchos homicidios: Nos, entendiendo justamente, que se debe atajar, y no contentir la malicia de qualesquiera hombres malvados, para refrenar perpetuamente la perversidad, y osadia de los sobredichos: — Establecèmos alsimismo, que el Clerigo de primera Tonsura, que no tiene Beneficio alguno Ecclesiastico, aunque aya observado, y observe las cõdicioncs, que prescribe el Santo Concilio Tridentino a semejantes Clerigos, no obstante, llegando a cometer dos homicidios con animo deliberado, y premeditado, quede desde luego despojado del Privilegio del Fuero, y del Canon, en odio, y detestacion de tanto exceso, y para miedo, y escarmiento de otros, por del todo incorregible, se entregue, y sujete al Brazo Seglar, para que sea castigado como Lego con las penas correspondientes, y legitimas: — De la misma suerte el Clerigo de Menores, que igualmente no tiene Beneficio, ni observa lo prevenido por el Concilio Tridentino, sea soltero, ò casado, tampoco goce, en las causas de homicidio, del dicho Privilegio de el fuero, antes quede privado de el, de suerte, que ni el propio Obispo, ù Ordinario pueda defenderle, ò pedirle, ni menos bolver à usar el de el Abito Clerical, que abandonò indignamente, sino es que sea despues de aver satisfecho, y cumplido enteramente la pena de su delito: — Pero la declaracion de si el Reo, antes de aver hecho el homicidio, observò, ò no las condiciones, que requiere el Concilio Tridentino, pertenecera en el todo al Obispo, ù otro Ordinario del Lugar, sin que por esso se retarde asegurar entre tanto al delincente; lo que se ha de hacer tambien por el Juez Lego, en nombre de la Iglesia, à cuya disposicion podrà, y deberà retenerle hasta que se haga la expresada declaracion; y esto no obitante qualquiera otra diversa, ò contraria disposicion, interpretacion, y costumbre del Derecho Canonico, y Constituciones Apostolicas. — Y como el mismo Benedicto XIII. nuestro Prædecessor, advirtiendo, que semejantes homicidios se frequentaban tambien en su tiempo, y no perturbaban menos la quietud publica, que los otros delitos relacionados en la celebre Constitucion dei sobredicho

